

1 Considerent Patres qua ratio iniri possit, ut Patriarcha, Archiepiscopi, Epi
et ceteri omnes animarum curam habentes in suis Ecclesijs resideant,
et ab eis non nisi iustis, honestis, necessarijs, et Ecclesia Catholica utilib.
de causis absint

2 Item an expediat, ut nemo ordinetur ad sacros ordines, nisi ad certum
aliquem beneficij titulum. Compertum est n. multas comitti fallacias,
ex eo quod pleriq. ad titulum Patrimonij ordinantur

3 Et quod ordinantes nihil omnino recipiant pro collatione quorumcumq.
ordinum, neq. etiam eorum ministri, aut Notarij

4 An iisdem concedendum sit, ut de prebendis non servientium possint
distributiones quotidianas constituere, in illis Ecclesijs, in quibus
nulla sunt distributiones, aut ita tenues, ut negligantur

5 An Parocchia omnes qua ob suam amplitudinem plures requirunt
sacerdotes, plures etiam debeant habere titulos ab Ordinario
instituentos.

6 Beneficia quoq. curata, quae idonea provisione vacent sacerdotalis
carent, an sint reformanda, ita ut ex pluribus titulis, unus
tantum ab Ordinario constituantur

7 Cum Rectores Parochialium multi sint parum idonei, qui vel ob imperitiam aut vitia turpitudinem destruant potius quam edificent subiectum sibi gregem, et deteriores aliquando habeant Vicarios. Videndum est quo modo huic malo medendum foret. Num expediret eis dari coadjutorem, sive Vicarium idoneum cum assignatione fructuum arbitrio Ordinarii.

8 Ordinariis an sit concedendum ut beneficia et Cappellas uetustate collapsas, quae ob pauperatam restaurari nequeant in matrices Ecclesias transferre possint.

9 An decernendum sit beneficia commendata, etiam regularia, visitari ab Ordinariis, et corrigi.

10 Matrimonia clandestina an in futurum debeant declarari irrita esse, et nulla.

11 Quae conditiones sint declaranda ad hoc, ut matrimonium non dicatur clandestinum, sed in facie Ecclesiae contractum.

12 Deniq. magnopere considerandum esset, quid constituendum sit, circa quatuor, non paruos abusos.